



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia
Sacrarum Literarum Primarij Professoris. Tractatvs De
Legibvs, Ac Deo Legislatore**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1619

Cap. XXVII. Quando priuilegium quoad suos effectus restringendum sit, vt odiosum, vel vt fauorabile ampliandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94074](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94074)

CAPVT XXVII.

*Quando priuilegium quo ad suos effectus restrin-
gendum sit vt odiosum, vel fau-
rabile ampliandum.*

Obiectio.

Responsio.

Secundo.

17.
Tertio.

18.
Applicatio
dictae doct.
ad Sum. P.
et saltem a-
liquo modo.

ita non est similis ratio. Dices, videri absurdum, quod possit quis vti priuilegio sui Praelati ad non ieiunandum in alieno territorio in die praeccepto ab Ecclesia, & non in speciali die praeccepto a Praelato loci. Respondeo primo, non esse inconueniens, quia licet praecceptum Ecclesiae grauius sit, est aliquo modo commissum dispensationi, vniuersiuisq; Praelati pro persona sibi subdita, non tamen ita est illi commissum praecceptum inferius, vel aequale. Adde secundo, probabile esse, quando dispensatio data est ex legitima causa, & pro omnibus ieiunijs, excusare etiam a simili praeccepto loci, quia non est verisimile, velle Praelatum loci obligare personam habentem legitimam causam excusationis iam probatam per propriam dispensationem sui Praelati, quin potius virtute censetur illam dispensationem acceptare. Et iuxta hoc declaranda, vel limitanda erit prior assertio, in qua est longe diuersa ratio, quia priuilegium contra ius proprium concedentis potest valere sine causa, vel sine legitima excusatione praeccepti, propter alios respectus, & ita ibi nulla est ratio praesumendi consensum, vel acceptationem Praelati. In praesenti autem est maxima, saltem quamdiu Praelatus loci aliud non iudicat.

Adde enim vterius, praesertim propter secundam probationem supra positam, posse Praelatum territorij prohibere, ne aliquis aduenia ibi vtatur talibus dispensationibus sine sua noticia, & rati habitatione, quando vsus earum est publicus, & in actibus, & moribus communibus toti populo, quia hoc est valde consentaneum rationi, & ad debitum ordinem, & ad tollenda inconuenientia, quae sequi possent, esse potest necessarium. Tunc ergo non poterit quis vti tali dispensatione sine assensu Praelati loci, ipse autem tenebitur dispensationem acceptare, nisi habeat legitimam causam praesumendi, vel surrptionem, vel causam mutationem. Et per hoc satisfacta est tertia probatio, quia interueniente legitima dispensatione, cessant rationes omnes, quae per se pertinere possent ad talem obligationem ratione vniuersitatis, vel consuetudinis. Ratio vero scandalis accidentaria est, & illa semper habet locum in proprio territorio, ideoque semper praesupponimus, hoc debere fieri sine scandalo.

Vltimo ex dictis constare facile potest, quomodo haec resolutio applicanda sit ad summum Pontificem quatenus in eo aliquo modo locum habere potest. Absolutè enim ille non habet definitam diocesim vt Pontifex est, sed totum vniuersum complectitur: non enim loquimur de illo vt specialiter est Episcopus Romanus habens propriam diocesim, sed vt vniuersalis pastor. Vnde priuilegium ab eo, vt talis est, concessum, vbiq; valet, & vbiq; licitum est vti illo, quia semper talis vsus est intra territorium concedentis. Imo videri potest, aliquando esse licitum illo vti extra territorium humanum, vel absoluendo iam defunctum à censura, vel vtendo indulgentijs concessis pro defunctis, sed re vera nunquam vsus talis priuilegij est extra territorium Papae: nam vsus ille in terra fit, & hominibus vtiatoribus conceditur, vt illo dum viuunt in terra, vtantur, licet effectus aliquis illius vsus communicetur defunctis, & acceptetur in caelis, quia totum hoc cadit sub territorio, & potestatem Pontifici concessam. Et ita verum absolute est, neminem posse vti priuilegio Pontificis extra territorium eius, & posse illo vti in quocumque territorio alterius Praelati, vel Principis. Solum oportet aduertere, quid contineatur sub concessione, & intentione Pontificis: nam licet hoc totum possit, non semper facit quantum potest. Et ideo saepe non licet vti priuilegio eius, contra specialia statuta, vel consuetudinem Episcopatus, non quia non possit Pontifex hoc concedere, sed quia non concedit, nisi exprimat per clausulam specialiter derogantem, quae fecus est in iure communi, vt in superioribus explicatum est.

Hæc quaestio, propter modum interpretandi priuilegia declarandum, proponitur: nam licet hæc materia saepe in superioribus tracta sit, propria indiget consideratione, & in hunc locum optime cadit, tum quia parat viam ad explicandam mutationem, seu derogationem priuilegiorum, de qua nobis dicendum superest, tum etiam quia necessaria est ad tractatum de effectibus priuilegiorum consummandum. Nam sicut de indulgentia dici solet, ita de priuilegio dicere possumus, tantum valere quantum sonat, id est, quantum verba eius significant, vel comprehendunt, & ideo ex verborum interpretatione pendet actiuitas, vel (vt sic dicam) adaequatam obiectum, & sphaera actiuitatis priuilegij. Hæc autem interpretatio, & regulae, quae circa illam tradi possunt, pendet ex illa iuris regula, *Odiara restringi, fauores conuenit ampliari*. Et idcirco ante omnia explicare oportet, quando ad effectum restrictionis, vel ampliationis priuilegium fit iudicandum fauorabile, vel odiosum. Est autem hoc difficile, ad explicandum, tum quia iura ipsa videntur variè loqui. Nam in *c. olim*, de verb. sig. absolute dicitur, priuilegium esse late interpretandum vbi id notant Gloss. & Doctores. At vero in *c. sanè*, & *c. porro*, de priuilegijs, dicitur, priuilegia esse restringenda, vbi etiam id communiter notatur. Tum et quia hinc priuilegium concedit fauorè, & ex ea parte videtur extendendum, & praesertim quia frequentius, est beneficium Principis, quod amplissimè accipimus, vt dicitur in *d. c. olim*, cum similibus, quae ibi Gloss. refert. Illinc vero priuilegium est ius singulare, quod propter commune restringendum est, iuxta illud *quod verò*, ff. de legibus.

In hacigitur dubitatione communis doctrina est, distinguendum esse inter priuilegium, quod est purum beneficium, seu fauor, nulli prauidicium afferens, nec iuri communi derogans, & rigorosius priuilegium, quod derogat vel iuri communi, vel alicuius tertij. Inter quæ, vt supra diximus, est differentia: nam prius est priuilegium simpliciter fauorabile, posterius vero licet sit fauorabile respectu priuilegij, respectu communitatis, vel alicuius tertij odiosum est, & potius magis, vel minus ad alteram partem declinat, simpliciter odiosum, vel fauorabile denominatur.

Primo ergo dicendum est, priuilegium, quod est purum beneficium, esse fauorabile in ordine ad interpretationem, id est, ample esse interpretandum, quantum recta ratio, & prudentia permiserit. Ita docent omnes auctores statim citandi. Probatur autem primo ex *d. c. olim*, de verb. signif. quod de hoc priuilegio loquitur, imo de beneficio Principis, & constituit regulam iuris, beneficium Principis ample esse interpretandum, *beneficium*, ff. de constitut. Princip. Hoc autem priuilegium à Principe concessum propriissimum beneficium eius est, vt per se constat. Tandem declaratur ratione, quia in tali priuilegio duplex considerari potest respectus, vnus ad concedentem, alius ad eum, cui conceditur, neque in illo potest alius respectus considerari, cum ad alios imperpetuo inter se habeat, cum neminem laedere supponatur ad sub vtroque illo respectu ample interpretandum; ergo. Probatur minor quoad priorem partem, quia ad statum, & amplitudinem Principis spectat, liberaliter agere, seruata prudentia, & recte ratio; ergo intra illos limites (sic enim conclusionem proposuimus) amplianda est eius concessio respectu illius. Ne autem videamur hoc limitare ad superiores, vel magnos Principes, in quibus principium illud maxime locum habet, addi potest alia con-

gru-

gruentia. Quia ad concedentem spectat, sufficienter explicare mentem suam, ergo in dubio contra ipsum concedentem verba merito interpretamur, ergo respectu illius late sunt accipienda.

4. Probatur amplius assertio.

Altera item pars minoris probatur ex regula iuris, quod fauores sunt ampliandi, hoc modo, ff. de condition. & demonst. & l. cum quidam, ff. de liber. & posthum. vbi Glossa plura refert. Sunt autem fauores maxime ampliandi respectu eorum, quibus conceduntur: nam eorum sunt fauores; ergo quando ex illis non resultat præiudicium alterius, tota ratio interpretationis fauorabilis est, & ideo ampla esse debet. Nec contra hoc consideratur præiudicium ipsius concedentis, tum quia tale præiudicium ferè est intrinsecum humanæ largitioni, & ideo voluntarium esse censetur ipsi concedenti. Tum etiam quia, vt dixi, contra concedentem etiam esse debet ampla interpretatio. Dices, omne priuilegium eo ipso, quod inducit singularitatem, odiosum reputari potest: nam præfert quandam acceptationem personarum, ergo sub hoc respectu restringendum est, etiam si non sit aliter contra ius commune, vel tertij. Respondeo, hinc ad summum concludi, interpretationem esse cum ratione, & prudentia faciendam, ita vt in tota illa amplitudine sit concessio facta prudenter, & ex causa legitima, ac subinde sine vera acceptatione personarum. Nunquam enim est præsumendum, voluisse concedentem aliquid contra rectam rationem concedere: esset autem contra rationem fauorabilis concessio sine competenti causa facta, vt supra ostendi. Hac autem moderatione seruata, neminem potest singularitas priuilegij rationabiliter offendere: propter offensionem autem irrationabilem non est omittenda iusta priuilegij extensio, & ampliatio.

5. Priuilegium derogans iuri communi regulariter est reputandum odiosum in ordine ad interpretationem, & ita restringendum est potius quam extendendum. Ita docet Innoc. in cap. quod dicitur de consanguin. & affinit. vbi etiam Panorm. dicit esse certam & communem doctrinam, idem in c. olim, & in cap. Abbate, de verbor. signific. & in cap. quia circa, de priuileg. Glossa, & alij scribentes super hæc iurâ & Bart. in l. si finita, §. ex hoc edicto, ff. de dam. infect. nu. 12. n. 79. & Sanc. referens plures lib. 8. de matrim. disp. 1. n. 1. & 4. Et probatur primo ex dictis c. sane, & porro, & ex regula iuris, odia esse restringenda, nam derogatio iuris communis ex eo capite odiosa est, per se loquendo, & ideo vitanda quoad fieri possit, vel si omnino vitari non potuerit, ac priuilegium inutile fiat, erit restringenda, vt omnia iura docent, cap. cum dilectus, de consuetud. vbi id notat Glossa. Tradit in simili Bart. in l. Casar, ff. de publi. & vect. n. 21. in repet. & in l. vt. ff. de conliti. Princ. per totum, & alios refert Tiraq. in præfat. ad retract. n. 62. Tandem hoc priuilegium includit dispensationem iuris communis, vt ex supra dictis constat; dispensatio autem est stricti iuris, & restringenda, ergo. Et confirmatur, quia bonum commune præferendum est singulari, ergo & ius commune ne particulari, sed priuilegium est ius particulare, ergo ex suo genere illi præferendum est ius commune, ideoque vbi oportuerit vnum restringere, vt aliud minus lædatur, priuilegium restringendum est respectu iuris communis.

Cap. cū dilectus Bart. Tiraq.

C. dicitur de rina ai qua notanda Primò.

Circa hanc vero assertionem aliqua obseruanda sunt. Primo intelligendam esse de restrictione, quæ admittat aliquam utilitatem, & effectum priuilegij: nam priuilegium semper sustinendum est, vt sit vtile vt supra ostensum est, intra latitudinem vero effectuum habet locum restrictio. Quæ vterius intelligenda est præcisè in ordine ad derogationem iuris communis, id est, solum quatenus necessaria esse potest, ne derogatio communis iuris ampliatur. Nam si cum æquali derogatione iuris communis possit priuilegium ampliari in fauorem priuilegij, ampliandum est, quia licet ratio odij, & fauoris sint contraria, & in eodem priuilegio respectu diuersorum, vt supra dictum est, nihilominus suas proprias rationes retinent, & vbi non opponuntur, sed potest fauor ampliari sine ampliacione odij, ita faciendum est, quia tunc nihil est, quod repugnet. Vt si detur alicui priuilegium comedendi carnes tempore Quadragesimæ, censetur concessum ad lacticia comedenda, quia per hoc non plus derogatur iuri communi, & si quid est simile, raro enim accidere videtur in his priuilegijs, vt possint in fauorem ampliari sine aliqua derogatione iuris etiam ampliori.

Præterea intelligenda est regula, cæteris paribus, aliquando enim tam necessarius, & pius esse potest fauor priuilegij, vt ampliandus sit, etiam augendo derogationem iuris communis. Ita sumitur ex communi doctrina in varijs casibus, & materijs, vt attingit Tiraquel. tract. de pia causa, num. 160. & sequentibus Tiraq. Exemplum sit, quia priuilegium concessum filijs legitimis contra commune ius restringitur ad verè, ac naturaliter legitimos iuxta l. vt. C. de ijs, qui veniunt. impet. & doctrinam Bart. in l. omnes populi, ff. de Bart. iustit. & iur. num. 60. & 62. & nihilominus si priuilegium sit in gratiam religionis, & pie causæ, extenditur ad legitimos fictè, per priuilegium legitimationis vt docet idem Bart. in l. si constanter, ff. solut. matr. n. 44. Similiter priuilegium exemptionis clericorum à temporali iurisdictione, vel religiosorum ab ordinaria, etiam si derogat iuri communi, ampliatur in fauorem religionis. Et idem est in similibus ex illo principio, quod etiam Iureconsultus agnouit, summa ratio est, quæ pro religione facit, in l. sunt persona, ff. de relig. & sumpt. funer. Eademque ratio erit, quoties priuilegium ex vna parte derogans iuri communi, ex alia censetur esse necessarium communi bono reipublicæ nam tunc potest hæc ratio illi præponderare, & earatione priuilegium ampliari contra commune ius. Et sic solent ampliari priuilegia militum, & familia. Ratio autem clara est, quia cum hæc priuilegia habeant missionem odij, & fauoris respectu diuersorum, necesse est, vt in effectu fauoris, vel odij illud vincat, quod secundum rectam prudentiam maioris ponderis fuerit. Item quia prudenter coniectamus, hanc fuisse tunc mentem Principis concedentis priuilegium, in qua coniectura fere tota hæc interpretatio priuilegiorum nititur.

Vnde addi etiam solet communiter alia limitatio ad assertionem positam, vt non procedat, quoad priuilegium est concessum motu proprio, nam tunc etiam si sit contra ius commune ampliatur, & in ordine ad interpretationem censetur simpliciter fauorabile iuxta c. si motu proprio, de præbend. in 6. & tradunt Iurisperiti, Abb. cum Ioan. Andr. in c. cum in cunctis, §. cum ve c. si motu proprio, de elect. n. 8. Felin. in cap. ex parte, de rescript. nu. 13. Abbat. in l. si motu proprio, de consang. & affinit. n. 10. Rebuff. in Concordat. tit. Forma mandati, verb. motu proprio, Ant. Gabr. l. 10. cond. 2. n. 61. & seq. vbi plures refert. Ratio vero est, quia hæc extensio videtur pertinere ad fauorem, & honorem ipsius Principis, nam quod motu proprio concedit, censetur proprium beneficium eius, & ex certa scientia fieri, vt supra dictum est, & in dubio extenditur potius quam restringatur. Excipiuntur etiam priuilegia, quæ in iure communi continentur: nam illa iam non censentur ius priuatum, sed commune, & ideo per regulas iuris communis iudicanda sunt.

Dico tertio: Priuilegium inferens præiudicium tertiæ personæ contra ius, quod iam habet acquisitum sub eâ ratione odiosum est, ita vt restringi debeat quoad fieri possit, quia non est mens Principis auferre alteri ius suum, nisi id expresse declaret, vt sumitur ex leg. nec auus, Cod. de emanc. liber. Quod adeo verum est, vt licet priuilegium motu proprio sit concessum, extendendum non sit ad priuatum alterum iure suo iam acquisito, vt supra dictum est. Et ita al-

tertio

SVAKRE 2
D.V. 3

tertio hæc communis est omnium auctorum, quos
 feruli, & sumitur ex *clinet in corrigendis*, de offic. ord.
c. ex tuarum, de auctor. & vsu pall. l. 2. §. 1. verb. *merito*;
 ff. ne quid in loco publ. & tradit specialiter Panor. in
c. certificari, de sepul. n. 9. & omnia dicta in preceden-
 ti assertionem à fortiori hanc probant. Quia ius vniuersi-
 cuiusq; illud seruare, iure communi, vel etiam natu-
 rali postulat, & licet Princeps possit interdum
 illud auferre, non tamen sine magna causa, & satis
 clara. Hinc vero etiam recipit hæc conclusio limita-
 tionem, quam præcedens, scilicet, vt intelligatur,
 nisi ex grauitate causæ, & materiæ necessitate al-
 liud præsumatur de Principis intentione; tanta e-
 nim potest esse necessitas, vt extensio faciendâ sit nõ
 obstante alterius præiudicio: nam in hoc eadem ratio,
 quæ in præcedenti assertionis limitatione posita
 est, hic procedit. De quo in cap. sequen. aliquid ad-
 demus.

CAPVT XXVIII.

Quæ sint in restringendis, vel extendendis priuilegij obseruanda.

*clinet in cor-
 rigendis
 c. ex tuarum.
 Panorm.*

*Limitatur
 conclusio.*

*1.
 Ampliatio
 vel restrictio
 priuilegij
 qualis.*

*2.
 Prima regula.*

*cap. in his
 cap. de reperi-
 tu.
 Decius.
 Panorm.
 Syluest.
 Nauarr.*

quantis.

*3.
 Regula.*

EX dictis in præcedenti capite solum in genere ha-
 bebimus, quando, & quibus considerationibus
 priuilegium ampliandû, vel restringendum sit. Sup-
 est igitur explicandum, quanta esse possit, aut debeat
 ampliatio, vel restrictio, & quomodo iuxta princi-
 pia posita priuilegij applicanda sit.

Circa priorem partem duarum regularum pro restrictio-
 ne assignari possunt. Prima est, Restrictio priuilegij
 nunquam debet esse tanta, vt reddat illud inutile,
 quantumuis graue, & odiosum appareat, nisi eò per-
 ueniat, vt fit etiam iniustum. Regula est communis
 ex *c. in his*, de priuileg. & cap. 1. de rescrip. Quibus locis
 communiter Doctores, præsertim Deci. & Panorm.
 Syluest. verb. *priuilegium*, q. 3. Nauar. in sum. c. 12. n. 79.
 & in Apolog. de reddit. q. 3. m. 6. n. 3. Et ratio est, quia
 voluntas Principis nõquam debet frustrari, neq; in-
 efficax reddi, & ideo etiam de omni lege cautum est,
 vt per interpretationem non reddatur inutilis, l. non
 dubium, C. de legib. quia semper id est contra inten-
 tionem Principis, quia non creditur otiosè ferre legem.
 Vnde qui legis intentione omnia, ita adhaeret
 verbis, vt reddat inutilem legem, illam destruit, &
 præuicator legis dicitur in l. qui contra, C. de legib.
 Idem est ergo in priuilegio: nam est eadem ratio. Et
 ideo hæc regula locum habet, etiam si oporteat priuilegium
 ad aliquid extendere, quod exorbitans, vel
 odiosum appareat, vt colligitur ex l. si filius familias, 4.
 in fine, ff. ad Macedonian. vbi priuilegium illud filij-
 familias quod aliàs reputatur odiosum, extenditur
 ne inutile fiat, de quo videri potest Tiraq. post leges
 conubiales, Gloss. 5. n. 115. Et eadem ratione si neces-
 se sit, vltra rigorosam proprietatem verba extendere,
 ne quis defraudetur priuilegio, fieri debet secundum
 ius. Estq; optimum exemplum in c. *quantis*, de priuileg.
 Hinc deniq; sumptum est generale principium, priuilegium
 debere aliquid operari vltra commune
 ius, quod sine priuilegio non liceret, quia aliàs esset
 inutile, quod quomodo intelligendum sit, supra cap.
 20. diximus.

Secunda regula sit: Verba priuilegij secundum
 proprietatem tenenda, & obseruanda sunt, & extra
 illam trahenda non sunt ad restringendum priuilegium,
 nisi vel ratio iustitiæ cogat, vel aliunde talis
 voluntas concedentis rationabiliter præsumatur.
 Regula hæc, suppositis, ac rectè explicatis duabus limita-
 tionibus illi adiunctis satis per se clara est, quia
 in legibus intelligendis, & obseruandis, proprietates
 verborum est in vniuersum tenendâ per se loquendo,
 vt sæpe dictum est; ergo idem seruandum in priuilegij,
 tum quia est eadem ratio, tum etiam quia priuilegium
 Suarez de Legib.

legium est quædam lex. Confirmatur primò, quia fa-
 uores etiam non sunt restringendi, & præsertim cum
 violentia verborum, & absq; necessitate, sed priuilegium
 continet fauorem ex sua directâ intentione, eu-
 iusq; verbis vis inferitur, quando à sua proprietate
 extrahuntur, & nulla est necessitas, quando in fauore
 non est iniustitia, nec præsumptio iusta talis volu-
 tatis Principis; ergo talis restrictio priuilegij admit-
 tenda non est. Deniq; confirmatur, quia voluntas cõ-
 cedentis, si non sit iniusta, plene, & (vt sic dicam) ad-
 æquatè implenda est, sed hæc voluntas indicatur per
 eius verba iuxta propriam eorum significationem;
 ergo ita est seruandum priuilegium integrè, ac plene;
 ergo non licet illud restringere per verborum im-
 proprietatem voluntariam. Aliàs nihil esset firmum in
 priuilegij, & sub nomine restrictionis eludi, & cor-
 rumpi facile possent.

Duæ autem limitationes posite necessariae sunt,
 quia duo sunt ad effectum priuilegij necessaria in cõ-
 cedente, sc. potestas, & voluntas, & quacumq; illarum
 deficiente, non sequitur effectus. Prima ergo limita-
 tio respicit potestatem: nam id tantum possumus, qd
 iure possumus; ergo Princeps non censetur posse cõ-
 cedere quod sine iniustitia, seu iniuria alterius fieri
 non potest; ergo nec præsumitur id concedere, aut
 velle. Probatur hæc vltima consequentia, tum quia
 nunquam præsumitur voluntas Principis esse iniusta,
 nisi euidenter constet; tum etiam quia licet daretur
 talis voluntas, esset inefficax, & impotens ad vali-
 dum priuilegium concedendum, quia repugnat per
 priuilegium licere actionem iniustam. Dices, interdum
 in priuilegij clausulam, *Salua iustitia*, vt patet ex c.
certificari, de sepul. ergo vbi non additur, priuilegium
 absolutè operabitur. Respondetur, negando conse-
 quentiam: nam vt rectè ibi aduertit Panorm. licet il-
 la clausula non addatur expressè, semper subintelligitur,
 quia naturalis ratio illam postulat. Additur ergo
 aliquando (quod in alijs rescriptorum clausulis
 frequenter obseruatur) ad maiorem perspicuitatem,
 & ne excedatur fortasse in vsu priuilegij, & ita per il-
 lam monetur priuilegiarius, vel iudex priuilegij, vt
 seruet iustitiam, tum naturalem, tum etiam per
 leges canonicas, vel ciuiles respectiue constitutam.

Sed quæret aliquis, de qua iustitia, seu iniustitia
 intelligendum hoc sit, id est, an de iniustitia priuilegij
 quoad vsu eius, vel etiam quoad solam concessio-
 nem; est enim considerandum duobus modis intelli-
 gi posse, priuilegium esse iniustum, vno modo quoad
 vsu, & consequenter simul quoad concessionem,
 non enim potest vsus priuilegij esse iniustus, & non
 esse iniusta illius concessio, è contrario verò fieri po-
 test, vt priuilegium sit iniustum tantum quoad con-
 cessionem, nõ verò quoad vsu, quia multa malè fi-
 unt, quæ facta tenent, & sæpe licitum est, vt malicia
 alterius, seu effectus, qui ab alio malè fit. Quando ergo
 priuilegium est iniustum quoad vsu, assertio
 maximè locum habet, imò etiam extenditur ad om-
 nem iniustitiam generaliter, id est, ad omnem iniqui-
 tatem. Quia quomodocumq; reddatur iniquus vsus
 priuilegij per interpretationem adæquatam alicui
 proprietati verborum, vitanda omnino est, & re-
 stringenda interpretatio, quia non potest priuilegium
 dare licentiam ad faciendum iniquum. Quod
 intelligendum est, quando iniquitas maneret, existẽ-
 te priuilegio, vt si esset contra legem naturalem, vel
 aliam dispensabilem per tale priuilegium. Nam si ini-
 quitas solum oriatur ex lege postiuua dispensabili
 ab eo, qui priuilegium concedit, iam illa non manet
 concessio priuilegio, quia legis obligatio per illud au-
 fertur, & ita in vsu talis priuilegij per se loquendo
 nulla est iniquitas, ideoq; tale priuilegium non com-
 prehenditur sub hac limitatione, sed ad talem vsu
 extendi poterunt eius verba, si propria illorum signifi-
 catio id postulet, & aliud non obstat.

*4.
 Duæ limita-
 tiones in con-
 cessione pos-
 itæ necessa-
 riæ.*

*Obiis.
 c. certificari.
 Respon.
 Panorm.*

*5.
 Priuilegium
 iniustum qua-
 ad vsu qua-
 le, & quom
 effectum ha-
 bet.*